



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Theresia Virg. 15. Octob.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

085) 259 (880  
tāmonitum Christi, quæcumque dixerint vobis, facite sē-  
cundūm opera autem illorum nolite facere.

3 Si Pastorem te constituit Dominus super gregem  
suum, an cognoscis oves tuas, ut dirigas in viam bo-  
nam, ut nutrias verbo doctrinæ, ut reducas errantes;  
ut confortes & debiles, & sanes infirmas. Dominus  
super pastores suos requiret gregem suum de manu eorum &  
va pastoribus qui pascunt semetip̄sos Ezech. 34.

## S. THERESIA Virg.

15. Octob.

*Libenter igitur gloriabor in infirmi-  
tatibus meis, ut inhabitet in me  
virtus Christi. Paul. ad Cor. c. 12.*

**Q**uid, heu! quid cum prætextatis verbis  
tibi prætextata malè turba? disce, ea in-  
fantia tec̄e vel ab infante Theresa fari. In æ-  
ternum! in æternum! ah quoties balbu-  
tiens clamitavit, nos scilicet, puerilem se-  
nectam, non senem æternitatem in animo &  
linguā gerimus, disertissimi infantes. At The-  
resa parvula cum parvulo fratre domo pater-  
nā aufugit, ad Mauros abitura & brevi morte  
longam æternitatem auspicatura. Vivete ta-  
men Deus illam, & ut viveret, quæ ferè mors  
est liberorum, mori matrem voluit. Illa ma-

R. 2

tren⁹

trem Vicariam cœlo Mariam advocavit, num  
quam ab hinc orba futura. Maria porrò filia  
sua Sponsum filium conciliavit, quando ex  
Sanctioribus Amoribus Seraphinus Ales cor  
Theresæ terebravit. Ipse Amor hominum  
Christus, quo certius illam sauciaret, sua vul-  
nera dilectæ impressit, occulta tamen, ut fere  
solet Amor. Adfuit deinde sæpè Sponsa,  
nunc cruce pro more chlamydatus, nunc spi-  
neâ, quæ illum maximè decet, corolla ornata,  
nunc qualis mortem triumphavit, con-  
spicuus. Arrha ab eodem datæ gemmæ qua-  
ternæ & pendulæ è Rosario Crucis abditæ.  
Dos verò omne cœlum: cuius opes cum  
quandóque Theresæ Christus, ostentasset,  
videns, ajebat, (tute tibi Lector dictum puta)  
quantis se bonis peccatores spoliunt? Sed & veste nu-  
ptiali cum Ordinem, quem Carmelitarum  
dicimus, restauraret, Virgo Mater & Virgi-  
nis Sponsus Josephus cœlo allatâ exornarunt,  
ut nihil jam ad nuptias deesset, nisi quæ facem  
præfertet, Anno M. D. LXXXII. Mors beata.

*Ex vita.*

### M E D I T A T I O.

#### *De S. Theresia.*

I. **C**um unus è Seraphim ignito jaculo sanctæ Theresæ pectus vulnerasset, continuo spretis aliis

qui-

vit, nunc  
rrò fili  
ando ex  
ales cor  
minum  
sua vul  
, ut ferè  
ponsa,  
unc spi  
a orna  
, con  
æ qua  
bditæ.  
cùm  
tasset,  
puta)  
e nu  
carum  
Virgi  
runt,  
facem  
beata.

quibusq; , tota ad divinam gloriam & animarū salu-  
tem incubuit, adeò, ut diceret identidem : (libenter  
purgatoriis ignibus ad extremum judicii diem crema-  
rer, si vel unum peccatorem ad sanitatem revocare  
possem ) Domine, tua in me collata beneficia ignita  
sunt amoris tui jacula : unde non ignescit cor meum?  
ah Domine? jubes te diligi, da, quod jubes, & jube, quod  
vis. Aug.

2. Aut PATI, aut MORI: ex illo S. Theresiæ  
symbolo duplex effectus amoris arguitur. Vult pati  
Theresia, ut sit similis Christo, qui tot ac tanta passus  
est, ideò laborem, ideò crucem querit; tu vero ea  
omnia fugis: vult vivere, ut patiatur; vis vivere ut ob-  
lecteris. Muta consilium: habe deinceps egregium il-  
lud symbolum: *Aut pati aut mori.*

3. Sancta Theresia vult mori, cum patiendi non e-  
rit locus, tunc cupit dissolvi, & esse cum sponso suo:  
cupisne dissolvi? minimè quidem; sed mortem times  
tanquam finem bonorum, & malorum principium,  
quia scilicet mundanis gaudiis nimium indulsist. Hor-  
rendum Dei judicium; non mortem time: Judex pla-  
cati potest, mors non item. *Nemo timeat quod evadere  
non potest.* Tert.

## S. GALLVS Abbas.

16. Octob.

*Quia tepidus es, & nec frigidus, nec  
calidus, incipiam te evomere ex  
ore meo. Apoc. 3.*